

## Tekst 3

---

*Over twee bekenden van het slachtoffer.*

1 Erant ei veteres inimicitiae cum duobus Rosciis Amerinis, quorum alterum  
2 sedere in accusatorum subselliis video, alterum tria huiusce praedia  
3 possidere audio; quas inimicitias si tam cavere potuisset quam metuere  
4 solebat, viveret. Neque enim, iudices, iniuria metuebat. Nam duo isti sunt  
5 T. Roscii – quorum alteri Capitoni cognomen est, iste qui adest Magnus  
6 vocatur – homines eiusmodi: alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis  
7 gladiator habetur, hic autem nuper se ad eum lanistam contulit, quique  
8 ante hanc pugnam tiro esset, quod sciam, facile ipsum magistrum scelere  
9 audaciaque superavit.

*Cicero, Pro Sexto Roscio Amerino 17*

## Tekst 4

---

*Cicero richt de verdenking op iemand anders.*

1 Desinamus aliquando ea scrutari quae sunt inania; quaeramus ibi  
2 malefium ubi et est et inveniri potest; iam intelleges, Eruci, certum  
3 crimen quam multis suspicionibus coarguatur, tametsi neque omnia dicam  
4 et leviter unumquidque tangam. Neque enim id facerem, nisi necesse  
5 esset, et id erit signi me invitum facere quod non persequar longius quam  
6 salus huius et mea fides postulabit.  
7 Causam tu nullam reperiabas in Sex. Roscio; at ego in T. Roscio reperio.  
8 Tecum enim mihi res est, T. Rosci, quoniam istic sedes ac te palam  
9 adversarium esse profiteris. De Capitone post viderimus si,  
10 quemadmodum paratum esse audio, testis prodierit: tum alias quoque  
11 suas palmas cognoscet de quibus me ne audisse quidem suspicatur. L.  
12 Cassius ille quem populus Romanus verissimum et sapientissimum iudicem  
13 putabat identidem in causis quaerere solebat 'cui bono' fuisset. Sic vita